

1530. ni fallor

Petrus Tomicki Episcopus Cra:  
coviensis, Vicefancellarius.

Bartholomaeo Gandkowski,

Honorabilis frater in Christo Charis:  
sime etc.

147  
Accepimus literas tuas, quibus haec  
in quibus propter causam Domini Malecho:  
wski culpatus fueras excusas, quam excusa:  
tionem nos quidem in eam partem ut seri:  
bis accipimus, sed te hortamur, ut honori tuo  
et nostrae benevolentiae, qua te prosequimur  
consulas, ac in posterum, non solum indi:  
gna queris facta, sed infames etiam suspi:  
ciones, quae tuo nomini officerent fugias, et  
quantum in te est diligenter avertas, ita e:  
nim et tuo honori, et amicorum tuorum  
de te expectationi prospicies, et nos in re:  
teri erga te favore ac benevolentia confir:  
mabis. De plebanatu in Wawrzynyce  
placet nobis consilium tuum, et Domini Pe:  
nitentiarii, in quo iam firmavimus volunta:  
tem nostram reverendissimoque Domino Car:  
dinali literis nostris supplicavimus, et Do:  
mino Penitentiario commisimus, ut dimis:  
sa unione, quae pretio immodico destina:  
tur juris patronatus conferendi dictum  
Plebanatum Vladario pro tempore existen:  
ti Cra:coviensi impetrare procuraret, in quo  
et tu industria tua et opera justam  
petitionem nostram adjuvabis, ut tandem  
desiderio nostro satisfiat. Bene valete. Datum Pet.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*